

Divi Thomae Aqvinatis Doctoris Angelici Opera Omnia

Summa diligentia ad exemplar Romanæ Impreßionis restituta

Complectens Tertiam Partem Summæ Theologiæ. Cum Commentariis
Reuerendiss. D. Thomæ de Vio Caietani Cardinalis S. Sixti, Et Opvcvlis
Eivsdem In tres Tomos distinctis

Thomas <von Aquin, Heiliger>

Venetiis, 1593

1. Vtrum accidentia sint sine subiecto.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72797](#)

In quaest. ista, de accidentibus eucharistie omissa tanta opinio nonum varietare, ut solidior rationabilior; via appareat, secundum duxi, duplēcē esse opinionem de modo effendi istud accidentium.

QVÆSTIO LXXVII.

De accidentibus remanentibus in hoc sacramento, in octo articulos diuisa.

DEINDE considerādūt est, de accidentib. remanentibus in hoc sacramento.

Et circa hoc quāruntur octo. Primo, Vtrum accidentia, quæ remanent, sint sine subiecto. Et hāc opinione sequitur Scot. in 12. dist. 4. Altera autem opinione additum actionem diuina conferentem accidens, his nouū modis effendi, per modum substantie, & hāc opinione tequitur.

Th. in hac quæstione, dicens collatum esse dimensionibus habere substancialē proprietatem, actum, vim, atque virtutem. Et v. plenius quod dicunt intelligatur, manifestemus ex differentia seu differentiis inter has opiniones, primo quod ad esse, nam cum accidentiis in subiecto non sit quod est, sed quo est, ex sola confervatio-ne accidentis in suo esse non confervato subiecto, non acquisitum accidentis nouum modum effendi, sed perdit priorem modum significatum, per ly in definitiū enim esse actualiter inha-rens, sed vbi confervatio apponitur collatio noui modi, accidentis non solum perdit actualiter inha-rent, sed acquirit non modum effendi modum, vi quod prius fuerat quo est, modo sit quod est, & hic est modus effendi substantiae. Et huic difference annexitur altera, quod conterario sola accidentium sine subiecto vellet violenta, hoc est, si fieret ab agente lecendo, est violenta: quemadmodū si lapis ab aliq. aliquo tulicimo sola agentis virtute sustinueretur in loco superiori. Et ratio violentia est: quia accidentis cum suo esse separatum ab inesse sustineatur, vt prius erat, vt quo est, ex quo non acquisitum modum effendi: sed si accidentis cum modo effendi per modum substantiae, confervatur sine subiecto, naturaliter conservatur in supernaturaliter acquisitione effendi modo Secundum, differunt quod ad esse subiectum: nam ex sola confervatio-ne accidentis sine subiecto, dimensiones non sunt plus substantiariorum accidentium; quam prius erant: prius autem erant solus receptus accidentum, & non sustentatus corundem, post separationem igitur tam dimensiones, quam reliqua accidentia remanent sine subiecto sustentante. Et inter dimensiones, & alia accidentia hoc interest, quod accidentia alia recipiunt subiectum receptuum ipsas dimensiones, ipsa vero quantitas carere etiam receptio: sed vbi quantitas, collatus ponitur modus substantiae, ipsa quod dem non sustentatio eget (quoniam est per modum substantiae) reliquorum vero accidentium ipsa est & recipit, & sustentatiuum receptuum quidem ex se, sustentatiuum vero ex acquito modo substantiae. Tertio, differunt secundum actionem, quia sola confervatio non constituit actum substantiae, & per modum substantiae, sed modus effendi per modum substantiae constituit actum, vt quod respectu causis producibilis, cuius ibi salutari actuum, vt quo. Quartodecim, quo ad positionem seu potentiam passum, qm per solam confervationem non acquirunt nouam aliquam positionem passum: sed si collatus ponitur modus substantiae, collata consequenter ponitur vis aquae potentia substantiae, vt possit. Linde fieri quicquid posset ex substantia, si esset. Quod rationabilior autem sit opinio ponens confervi dimensionibus modum vimque substantiae, ex duobus appareat. Primo, quia sic salvantur naturaliter omnes, quæ ad sensum apparent mutationes à naturalibus agentibus circa eucharistiam: nam superposito hoc uno miraculo quæcunq; sunt, naturaliter salvantur, ac si ferent in substantia: qm supponitur vice substantia-

Attia, quantitas. Ihabens modum, vim, proprietatemque substancialē. Secundo apparet, quia non est hic affirmandum miraculum, quod non sequatur ex consecratione, & paucitas miraculorum præligenda est potius quam multitudine: sed sic ponendo, unum solum miraculum ponitur, qd est consecratione est annexum.

Quarto, Vtrum ex eis possit aliquid generari.

Sexto, Vtrum possint nutrire.

Quarti, De fractione panis consecrati.

Octauo, Vtrum vino consecrato possit aliquid permisceri.

ARTICVLVS PRIMVS.

Vtrum accidentia remaneant sine subiecto in hoc sacramento.

ADPIMVM sic proceditur. **V**er, accidentia non remaneant in hoc sacramento sine subiecto. Nihil enim inordinatum, aut fallax debet esse in hoc sacro veritatis: sed accidentia esse sine subiecto, est contra re-

Contra, non est intelligibile absque nōto miraculo. Et hinc quoq; apparet soliditas huius opinionis, dum unico miraculo salua: omnia apparetur, & naturaliter omnium actionum, & passiōnum. Nec immēdiata confervatio horum à Deo, prohibet conservationem naturalem eorundem: quoniam non plus ex immēdiata confervatio manuteneatur, quam cum mediante substantia confervantur: est enim confervatio Dei suavis res, confervatur, & id non confervatio diuina, sed res confervata, suzumbit agenti naturali corrupti. Nec oportet foliūtum esse circa entitatem predicatorum. I modi effendi proprietas vis, virtutis, substantiae ipsa siquidem res de genere accidentium, pura quantitas cum sua esse, fit à Deo vix virtutique substantiae, habens actum modumq; substantiae. Manifestatur autem hoc esse non solum possibile, sed rationabile discurrendū per ea quae apparent, & opinata in philosophia uidemus. I primis in elementis quādam non semina, sed proportionalia. Ieminibus cum generantur animalia ex purefactione. Videamus quoque imperfectissima entia, qualia sunt femina, vicem gerere perfectorum animalium cum generantur animalia perfecta per propagationem: opinamur quoque dari proportionalia membrorum, puta in carētibus corde aliiquid proportionale, loco cordis creditum quoq; lumen effici vim alii illius, in quo recipiunt putat lumen multi, ut infra patet, accidentia propria esse vires ipsas substantiarum. Ex quibus omnibus, si adiuterimus quantitatē esse rem propinq; & quasi proportionalis natura cū materia, non apparebit impossibile aut à ratione alienum, q; ipsam res, quæ est quantitas, fiat vicemētria, & fit, ac supplet materiæ officium, velut quoddam proportionale materiæ, sicut proportionale cordi facit officium cordis: nec oportet aliam entitatem querere: quia accidentia fluentia a principijs essentialib. substantiæ ex hoc ipso, q; a principiis illis fluent, sunt non solum accidentia, puta calor, sed sunt vis & virtus substantiae, ita q; possunt producere substantiam, ut inferius amplius patet (quamvis quidam sentiant contrariū) ita quantitas eucharistia potest sortiri a supremā omnī substantiarum, ut ipsam quantitas sit vice substantia. &c. multo enim vehementius ac minimoris efficacie est prima substantia actio, quam quicunque fluxus accidentis a principiis substantiarib; subiecti. Sic est ergo modus, quo faciliter ablique multiplicatione tam miraculorum, quam enī ita tum, salvantur apparentia circa accidentia eucharistie inter agendum, & patientium.

EQuibus prelibatis, ad singula descendendo, perspicere in articulo huius littera in responsione ad quartum, primum quod diximus, scilicet q; accidentis transitus de quo est, in quo est, & est deinceps compositorum ex quod est, & quo est. Perspicere secundum in articulo 2 in responsione ad primum, quantitatem transire de subiecto medio in recipiendo, in subiectum in sustentando. Perspicere tertio in articulo 3 in responsione ad tertium id qd est. Tertia S. Thomæ.

ad diximus de accidentibus fluentibus a substantia, sed occurunt in hoc loco duo itollerabilia. Scotus in 12. di 4. Primum est, q̄ forma substantialis genit⁹ non sit immediate a forma substantiali generatis.

Sed m̄ est, q̄ qualitates agunt in virtute forma substantialis, producendo substantiam. Et Scotus qui dem legū circa hanc procedūm facit: ego autem quia de sacramentis tracto, & huiusmodi disputatio nō est necessaria ad sacramentū nostrām, pertransiendū censco: declarando tamen sensum Autoris, quem noluit forte intelligere. Scotus: quoniam si illum intellexisset, non sic arguisset.

Cū dicimus qualitates agere in virtute forma substantialis, non somniamus rem aliam absolutam aut respectivā, sed ipsam qualitatē esse virtutem illius substantiae. sicut dicimus semen esse virtutem generatī, & propter rea sicut conferuato female, semen bouis generat boue, & semen hominis generat hominem, proculdubio in virtute hominis a quo fluxit (col. n. & homo generant hominem, ut dicitur 2. phys.) & tū non oportet semen illud subordinari defuncto homini ita quod referatur ad ilium, aut moueat ab illo. sc̄ est enim seruari sicut fluxit ab illo: ita qualitas unī conuerſi in sanguinem Christi, quia erat virtus unī, si pro quia, conseruatur sicut erat, productiū est unī, conueneret. n. guttam aquae in vinum non minus, quam si substantia unī subficeret. Nec eponerit subordinari vino eō uero, nec moveri ab illo: sed dicunt agere in virtute illius, quia est virtus, que fluxit ab ipso: sed hac metaphysicis resolutionib⁹ reseruamus. Reliqua que supra dictimus, in artis 5. & 8. clare habentur.

Referunt de
conce. dif. 2.
et species.

6.75. art. 3. &

In lib. de Tri
ni. an. e me

rum ordinē, quē Deus naturæ F. indidit: videtur etiam ad quādam fallaciam pertinere, cum accidentia naturaliter sint signa naturæ subiecti: ergo in hoc sacramento non sunt accidentia sine subiecto.

¶ 2. Prat. Fieri non potest etiam miraculo, q̄ definitio rei ab ea separatur, vel q̄ uni rei conuenient definitio alterius rei, puta q̄ homo manens homo, sit animal irrationalis: ad hoc n. sequeretur contradictria esse simul: hoc enim quod significat nomen rei, est definitio, vt dicitur in 4. metaph. * sed ad definitionem accidentis pertinet, q̄ sit in subiecto: ad definitiō nem vero substantia, quod per se subsistat, non in subiecto: nō ergo potest miraculo se fieri, q̄ in hoc sacramento sint accidentia sine subiecto.

¶ 3. Prat. Accidens indiuiduat ex subiecto: si ergo accidentia remanent in hoc sacramento sine subiecto, non erunt indiuidua, sed uniuersalia: quod patet esse falsum, quia sic non essent sensibilitas, sed intelligibilitas tantum.

¶ 4. Prat. Accidentia per consecrationē huius sacramenti, non adipiscuntur aliquam compositionem: sed ante consecrationem non erant composita, neque ex materia & forma, neque ex quo est, & quod est: ergo etiā post consecrationem non sunt composita altero horū modo, quod est inconveniens: quia sic essent simpliciora, quam angelii: cum tamen hec accidentia sint sensibilitas: non ergo accidentia remanent in hoc sacramento sine subiecto.

SEN CONTRA est, quod Gregor. * dicit in Homil. Paschali, quod species sacramentales sunt illarum rerū uocabula, quæ ante fuerunt: scilicet panis, & uini: & ita cum non remanent substantia panis, & uini, uidetur, quod huiusmodi species remanent sine subiecto.

RESPON. Dicendum, quod accidentia panis & uini, quæ sensu deprenduntur in hoc sacramento remanere post consecrationem, non sunt sicut in subiecto in substantia panis, & uini, quæ non manet, ut supra * habitum est: neque etiam in forma substantiali, quæ nō manet, & si remaneret, subiectum esse nō posset, ut patet per Boe. * in lib. de Trini. Manifestum est ēt, q̄ huiusmodi accidentia non

sunt in substantia corporis, & sanguinis Christi si cur in subiecto: quia substantia humani corporis nullo modo potest his accidentibus affici: neque etiā est possibile, quod corpus Christi gloriosum, & impassibile existens, alteretur ad suscipiendas huiusmodi qualitates. Dicunt autem quidam, quod sunt sicut in subiecto in aere circumstante: sed nec hoc esse potest. Primo quidem, quia aer non est huiusmodi accidentiū susceptiū. Secundo, quia huiusmodi accidentia nō sunt ubi est aer: quin immo ad motum harum specierum, aer depellitur. Tertiō, quia accidentia non transirent de subiecto in subiectum, ut scilicet idem accidens numero, quod primo fuit in uno subiecto, postmodū fiat in alio: accidens enim numerum accipit à subiecto, unde non potest esse, q̄ idem numero manet, sit q̄nque in hoc, quandoq; in illo subiecto. Quartō, quia cum aer nō spoliatur accidentib⁹ propriis, simul haberet accidentia propria, & aliena: nec potest dici, quod hoc fiat miraculo ut uirtute consecrationis: quia uerba consecrationis hoc non significant, quæ tñ non essent, nisi suū significatum: & ideo relinquuntur, q̄ accidentia in hoc sacramento, manent sine subiecto: quod quidem uirtute dīuina fieri p̄t: cum enim effectus magis dependat à causa prima, quam à causa secunda, Deus qui est prima causa substantiae, & accidentis, per suā infinitā uirtutem conferuare p̄t in esse accidens, subtraet substantia, per quam conferuabatur in esse sicut per propriam causam: sicut ēt alios effectus naturalium causarum potest producere sine naturalibus causis: sicut humanum corpus formauit in utero Virginis, sine uirili semine.

AD PRIMVM ergo dicendum, q̄ nihil prohibet aliquid esse ordinatum secundum cōēm legem nature, cuius tamen contrarium est ordinatum s̄m speciale priuilegium gratia, ut patet in refūscatione mortuorum, & in illuminatione cōcorū: prout etiam in rebus humanis quādam aliquibus conceduntur ex speciali priuilegio p̄rāter legem communem: & ita ēt licet sit secundum communem naturæ ordinem, q̄ accidentis sit in subiecto, ex ipeciali tamen ratione secundum ordinem gratia, accidentia sunt in hoc sacramento sine subiecto, propter rationes supra inductas. *

AD SECUNDVM dicendum, q̄ cum ens non sit genus, hoc ipsum quod est esse, non p̄t esse essentia substantiae, uel accidentis: nō est ergo definitio substantiae, ens per se sine subiecto: nec definitio accidentis, ens in subiecto: sed quidditatē seu essentia substantiae competit habere esse non in subiecto: quidditati autem seu essentia accidentis competit habere esse in subiecto: in hoc autem sacramento non datur accidentibus, q̄ ex ui sua essentia nō sunt in subiecto, sed ex divina uirtute sustentant: & ideo non definitur esse accidentia: quia nec separabatur eis definitio accidentis, nec competit eis definitio substantiae.

AD TERTIUM dicendum, q̄ huiusmodi accidentia acquisierunt esse indiuiduum in substantia panis, & uini: qua conuera in corpus & sanguinem Christi, remanent uirtute divina accidentia in illo esse indiuiduato, quod prius habebant: unde sunt singularia & sensibilia.

AD QUARTVM dicendum, q̄ accidentia hīmōi, manente substantia panis, & uini, nō habebat ipsa esse nec alia accidentia, sed subiecta corū habebant hīmōi esse per ea: sicut nix est alba per albedinem, sed post consecrationem ipsa accidentia, quæ remanent,

remant, habent esse, unde sunt composita ex eis, & quod est, sicut in prima parte de angelis dictum est, & cum hoc, habent compositionem partium quantitativarum.

ARTICULUS II.

Vnum in hoc sacramento quantitas dimensua panis vel uini, sicut aliorum accidentium subiectum.

A D SECUNDVM sic proceditur. Vñq in hoc sacramento, quantitas dimensua panis vel uini, non sit aliorum accidentium subiectum. Subiectum enim accidentis non est accidens: nulla enim forma potest esse subiectum, cum subiecti pertineat ad proprietatem materiae: sed quantitas dimensua est quoddam accidens, ergo quantitas dimensua non potest esse subiectum aliorum accidentium.

Pret. Sicut quantitas individuatur ex substantia etiam & alia accidentia: si ergo quantitas dimensua panis aut uini remanet individuata, secundum esse prius habitum, in quo conseruatur, pars ratione & alia accidentia remanent individuata secundum esse, quod prius habent in substantia, non ergo sunt in quantitate dimensua sicut in subiecto, cum omne accidens individueretur per suum subiectum.

Pret. Inter alia accidentia panis & uini quæ remanent, deprehenduntur etiā sensu rarum & densum, quæ non possunt esse in quantitate dimensua, prater materiam existere: quia rara est quod haec parum de materia sub magnis dimensionibus, densum autem quod habet multum de materia sub partis dimensionibus, ut dicitur 4. Physic. & non ergo videtur quod quantitas dimensua possit esse subiectum accidentium, quæ remanent in hoc sacramento.

Pret. Quantitas à subiecto separata, uidetur esse quantitas mathematica, quæ non est subiectum qualitatum sensibilium. Cum ergo accidentia, quæ remanent in hoc sacramento, sint sensibilia, uidetur quod non possint esse in hoc sacramento, sicut in subiecto in quantitate dimensua panis & uini remanente post consecrationem.

S E D C O N T R A est, quod qualitates non sunt diuisibiles nisi per accidens, scilicet ratione subiecti: diuisuntur autem qualitates remanentes in hoc sacramento per diuisiōnēm quantitatis dimensiua, sicut patet ad sensum. ergo quantitas dimensua est subiectum accidentium, q̄ remanent in hoc sacro.

R E S P O N S O. Dicendum, quod necesse est dicere accidentia alia quæ remanent in hoc sacramento, esse sicut in subiecto, in quantitate dimensiua panis, vel uini, remanente. Primo quidem per hoc, q̄ ad sensum apparet aliquid quātum esse ibi coloratum, & alijs accidentibus affectum: nec in talib⁹ sensu decipitur. Secundo, quia prima dispositio mat⁹

Apud Arist. lib. 1. metr. 10. & seqq. 7. quia subtrahendo subiecto, remanent accidentia secundum esse, quod prius habebant, consequens est, q̄ omnia accidentia remaneant fundata super quantitatem dimensiua. Tertiō, quia cum subiectum

Lib. 1. metr. 10. & seqq. 7.

A sit principium individuationis accidentium, operat id quod ponitur aliquorum accidentium subiectum, esse aliquo modo individuationis principium: est enim de ratione individui, quod non possit in pluribus esse: quod quidem contingit duplitter: uno modo, quia non est natura esse in aliquo: & hoc modo formas immateriales separatae, per se subsistentes, sunt etiam per se ipsas individuatae. Alio modo ex eo, quod forma substantialis vel accidentalis, est quidem nata in aliquo esse, non tamen in pluribus: sicut haec albedo, quae est in hoc corpore. Quantum igitur ad primum, materia est individuationis principium omnibus formis inherenteribus: quia cum huiusmodi formæ quantum est de se, sint natae in aliquo esse, sicut in subiecto, ex quo aliqua earum recipitur in materia, quæ non est in alio, iam nec forma ipsa sic existens potest in alio esse. Quantum autem ad secundum, dicendum est, quod individuationis principium est quantitas dimensiua: ex hoc enim aliquid est natura esse in uno solo, quod illud est in se individuum, & diuisum ab omnibus alijs: diuisio autem accedit substantiae ratione quantitatis, ut dicitur in 1. Physic. & ideo ipsa quantitas dimensiua est quoddam individuationis principii huiusmodi formis, in quantum scilicet diversæ formæ numero sunt in diuisis partibus materiae: unde & ipsa quantitas dimensiua secundum se habet quādam individuationē, ita q̄ possumus imaginari plures lineas * separatas euidentem speciei, differentes positiones, quæ cadit in ratione huius quantitatis: conuenienter dimensiōni, q̄ sit quantitas positionem habens: & ideo potius quantitas dimensiua potest esse subiectum aliorum accidentium quam econuerso.

A D PRIMUM ergo dicendum, quod accidens p̄ se non potest esse subiectum alterius accidentis: quia per se non est. Secundum uero quod est in alio, unum accidens dicitur esse subiectū alterius, in quantum unum accidens recipitur in subiecto, alio mediante, sicut superficies dicitur esse subiectum coloris: vnde quando accidenti datur diuisio ut per se sit, potest etiam per se alterius accidentis subiectum esse.

A D SECUNDUM dicendum, quod alia accidentia, etiam secundum quod erant in substantia panis, individuabantur mediante quantitate dimensiua, sicut dictum est. * & ideo potius quantitas dimensiua est subiectum aliorum accidentium remanentium in hoc sacramento, quam econuerso.

A D TERTIUM dicendum, quod rarū, & densum, sunt quādam qualitates consequentes corpora ex hoc, quod habent multum, vel parum de materia sub dimensionibus: sicut etiam omnia alia accidentia consequuntur ex principijs substantiae: & ideo sicut subtrahit substantia, diuina uirtute conseruant alia accidentia, ita subtrahit materia, diuina uirtute conseruantur qualitates materiam consequentes, sicut rarum & densum.

A D QUARTVM dicendum, quod quantitas mathematica non abstrahit à materia intelligibili, sed à materia sensibili, ut dicitur 7. Metaph. & dicitur autem materia sensibilis ex hoc, quod subiicitur sensibilibus qualitatibus: & ideo manifestum est,

quod quantitas dimensiua, quæ remanet in hoc sacramento sine subiecto, non est quantitas mathematica.

Tertia S. Thomæ. II 3 AR.

Lib. 1. Physic. 10. & seqq. 7.

Alias nō habet
ly separata
ea.

In corp. 21.

Lib. 7. c. 3. § 36

ex. 8.